

PARABOLAE

SALOMONIS AD VERI-

TATEM HEBRAICAM CASTI-

gatae, & per reuerendissimum Dominum

D. Thomam de Vio Caietanum, Car-

dinalem sancti Xisti, ordinis Prae-

dicatorum enarratae; recens

iam pridem in lucem

editae, sed nunc

multò vl-

tra

archetypum elimatiores.

*His accedere luculentissima eiusdem auctoris in Ecclesiasten
& tria Isaiae capita Commentaria: cum Indice amplissimo.*

REMEMBRAM SIBI



PROMITTIT PRUDENTIA.

*Es del Collegio
Prudentia N. 36*

LVGDVNI, APVD GVILIELM

MVM ROVILIVM

M. D. XLV



AD LECTOREM.

Cum sapiant pauci, & sapiat sapientia paucis:

Hanc quæerunt multi uendere non emere.

Est igitur uilis merx hæc, quam plurima turba

Despicit, & cuius rarior usus erit.

At uero ex hoc fit longe uilissima, cum quis

Etsi non habeat, credit habere tamen.

Propterea uilis cum sit sapientia, uile

Sit premium, uilis copia, lector eme.

Nam pretio uili si tam pretiosa reportas,

Tu (fateor) sapiens, atque ego stultus ero.

PROVER. 23.

Veritatem eme, & ne uendas sapientiam, eruditionem & intelligentiam.

REVERENDISSIMO

IN CHRISTO PATRI ET D.

Domino Ioanni Saluiato, sanctæ Romanæ ecclesiæ

Diacono, Cardinali ac familiæ Prædicatoriæ

protectori dignissimo, frater Thomas

Strozza Florentinus, Prouincia

lis terræ sanctæ, eiusdem or-

dinis theologorum

minimus,

Salutem plurimam dicit.



UANOQVE AMOMNI

um rerum memoria lubrica

est, illustriss. ac reuerendiss.

Præsul, nihil tamen æque a

nimo excidit q̄ memoria de

functorum. Eo factū est ut maiores nostri pictu

ras effingerent, conderent monumenta, simula

cræ exculperent, ne scilicet eorum memoria, qui,

buscum suauissime uixerunt, penitus de pectore

extruderetur, funditusq; euanesceret. Mibi ue

ro Caietani nostri tam alte insedit imago, tam

intime radices iecit, ut non modo inconcussa per

maneat, uerum in dies magis magisque reuiuiscere

D.D. THOMAE
DE VIO CAIETANI

Cardinalis sancti Sixti in Parabo

las Salomonis Cōmentaria

nunc primum in lus

cem edita.

*



PARABOLAE

Salomonis, filij David regis Israel.

Expositis omnibus prioribus

Veteris testamenti libris, ex

ponendus occurrit liber Pa

rabolarum Salomonis, iuxta

Hebraicam veritatem secun

dum sensum literalē. Occur

rit autem cum corporis aegritudine pedetentim pro

rogandus. Vbi notandum est quod inter Hebraeos

scriptores, Salomon inuenitur primus, qui proprii

nominis titulo librū insignitum ediderit. Libri siqui

dem Moyse, Job, Psalterium, & reliqui historiales li

bri ante Salomonē editi, nullum præ se ferunt aucto

rem. Salomon autem inchoat librum suum à nomine

proprio, dicendo, Parabolæ Salomonis, filij David

regis Israel. Et nisi laudabile esset, auctorem libri in

principio manifestare, non fuissent Salomonē imitati

prophetæ posteriores, Isaias, Jeremias, Ezechiel, &c.

incipientes libros suos à nominibus proprijs. Con

fert siquidem hoc ad auctoritatem libri, in cuius sig

num libri carentes certo auctore, supputantur ab

Salomon
primus in
ter hebræ
os suis li
bris pro
prium no
men ap
posuit.

Tractatus reuerendis-
SIMI DOMINI D.

Thomæ de Vio Caietani cardinalis san-
cti Sixti, ordinis Prædicatorum, de
coniugio regis Angliæ
cum relicta fra-
tris sui.

AD CLEMENTEM VII.

Pontificem maximum Thomæ de Vio Caietani car-
dinalis Sancti Sixti.

INTENTIO



BEATISSIME pa-
ter, post Pedum oscula beato-
rum perpetuam felicitatē, iussi
sti vt libellos de cōiugio inter
Serenissimos Anglię Regēs ad
me perlatos, causamq; totā di-
ligenter inspicerem, quidve iu-
dicij cōsiliq; mei esset, accura-
tissime perscriberem, quo quantum in me esset, quā
primum beatitudinem tuam hac molestia liberarem.
Studui mox, vt par erat, iussis parere, perfectisq; libel-
lis pro & contra, animaduerti multas communes in-
fertis quæstiones. Videlicet de multiplici iure diuino
de illorū duratione, de diuersis naturæ iuribus, de præ-
ceptorū iudicialium diffinitione, de multis dispensan-
di modis, de ptate Papæ circa ea q̄ sunt diuini aut na-
turæ iuris. Quæ si tractādę essent, & multa conficiēda

*